

PRAELECTIONES

PUBLICAS ET PRIVATAS  
AESTIVIS MENSIBVS SVSCIPIENDAS

RECTOR

ACADEMIAE GISSENAE

ANDREAS BOEHM

LOG. MET. ET MATH. P. O.

TOTVSQVE

SENATVS ACADEMICVS

INDICIT

ET AD EAS DILIGENTER AVDIENDAS  
CIVES ACADEMIAE

GENEROS. ET NOBILISS.



PERAMANTER INVITAT

D. XX. APRIL. CIO IOCC LVI.

SVB SIGILLO ACADEMIAE MAIORI.

---

G I S S A E,  
TYPIS EBERH. HENR. LAMMERS, ACAD. TYPOGR.



In

# PHAFFIVS,

Oratoris.

in

res inter fides determinationis ante antiquos

ologiam polemiam anti-poll

clericali am expo-

re-

ambus  
quem  
re gratia,  
sub septem veteris & novi testamenti perio-  
dis aggressus est. Cujus cum quaedam adhuc enodanda supersint  
capita, prima semestris, quod jam bono cum Deo ingredi-

campum, nuper ab-  
addetque alia quadam hora, si  
lectiones polemicas in Fechtii Syllogem contro-  
& exercitium disputatorium in eo porro urge-  
bit, nil magis facere, ad confirmam puriorem,  
persuasus.  
D. IO.

**D. IO. HERMAN. BENNER,**

*b. a. Decanus.*

*Jus ecclesiasticum, cuius pauca remanserant, absolvit, ac deinde, rogatu suorum, ad Thessalonicenses priorem epistolam, exegefi practica enucleavit. Ex illa quae supersunt, fideliter addet, alia, si quid temporis restabit, subiungere paratus. Privatim, quae credenda sunt, nexu systematico, cuius mediam partem attigit, pro more tradet. Agenda, separatis acroasibus inchoabit, annuo spatio hoc studium emensurus. Fiat voluntas Domini!*

**IO. GODEFR. ZENTGRAV,**

*SS. Theolog. Prof. publ. extraord.*

*Praelectiones in ven. BAUMGARTENII Breviarium Historiae christianae nuperrime ad finem perductas ineunte hoc semestri denuo inchoabit; nec in aliis sanctioris disciplinae partibus operam suam desiderantibus sapientiae divinae cultoribus denegabit.*

*In Facultate Iuridica.*

**D. FRANCISCUS IVSTVS**

**KORTHOLT.**

*Publicis praelectionibus Illustris MASCOVII ius feudorum, privatis vero BOEHMERI introductionem in ius digestorum, vtrumque libellum de integro, interpretabitur.*

**D.**

# D. GOTTLLOB AVGVSTVS IENICHEN.

*Publice* Processum criminalem ad ductum *Libri secundi EN-  
GAVIANORVM Elementorum iuris criminalis* singulari  
plane cura atque industria pertractabit, selectas obseruationes  
criminales ad disputandum proponet, & rogatus, in IO.  
GOTTLIEB HEINECCII *Elementa iuris ciuilibus* commenta-  
bitur.

# D. IO. ERNEST. HOEPPNER.

*h. a. Decanus.*

*Publice* Ius Crimin. ad ductum *Cel. Sam. Boehmeri* docebit;  
*Priuatim* *Beati Henning Boehmeri Ius Digestorum & Hei-  
neccii Institutiones iur. civ.* explanabit.

# D. CHRISTOPH. LVDOVIC. KOCH.

*Priuatim* *Ius Germanicum* secundum ordinem *Elementorum  
B. ENGAVII, vel Institutiones Imperiales* praeleget.

*In*

*In Facultate Medica*

D. GERARDVS ANDREAS  
MÜLLER

Etiam in instante semestri operam dabit, ut carissimis suis  
Commilitonibus, quouis modo, & quantum in se positum  
est, inferuiat.

D. IOH. CAROL. VOIGT,

*b. t. Decanus.*

Publice osteologiam docebit, privatim vero splanchinologiam  
explicabit & chirurgiae praecepta tradet. Desiderantibus  
artis ostetriciae dogmata exponet, & excursions botanicas  
tempestate & aegrotis concedentibus singulis saturni diebus  
instituet.

*In Facultate Philosophica*

IO. LVDOVICVS ALEFFELD,

*Philos. natural. Prof. ordinar. & alumnor. Ephorus.*

Vt officio suo pro viribus satisfaciatur, vniuersae *Philosophiae na-  
turalis* cursum, quem quotannis emetiri solet, iterum in-  
gredietur, Deo propitio intra praestitutum tempus absoluen-  
dum: *Historiam philosophicam*, quam superiori quidem seme-  
stri promiserat, pertractare tamen ex voto non potuit, nunc  
aliquanto fusius exponet, & *disputationes* priuatas philosophi-  
cas sine intermissione continuabit.

ER.

# ERNESTVS THOM,

*Prof. mor.*

Ius naturae Wolfii, ethicam & politicam Baurneisteri explicabit.

# ANDREAS BOEHM,

*Log. Metaph. & Math. P. P. O.*

Logicam hora VII. matutina, metaphysicam h. VIII. mathesticam puram h. II. pomeridiana aut alio tempore auditoribus commo-  
modo docebit. Collegium logicum practicum, vel disputatorium desideraturis operam suam non denegabit.

# D. CHRISTOPH. LVDOVIC. KOCH.

*Histor. P. P. O. & Bibl. Acad. Praef. Fac. Phil. h. a. Decanus.*

Lectonibus publicis *Historiam Regnorum & Statuum Europae,*  
vel *Res Germanicas* exponet.

# PHIL. NIC. WOLF,

*Prof. LL. OO. ordin.*

Publice librum biblicum, qui Exodus dicitur, interpretabitur. *Privatim* linguas Ebraeam & Graecam docebit, nec illis, qui Chaldaeam, Syram, artemque accentuatoriam discere voluerint, suam operam denegaturus.

IOH.

# IOH. GODEFR. ZENTGRAV,

*Eloquent. & Poëseos. Prof. publ. ord.*

Publice Expositionem Aeneidos Virgilianæ superiore anno inceptam persequetur. Præcepta ligatæ orationis ea, qua elapso semestri usus est methodo, ad ductum acutissimi *Horat. lib. de Arte poëtica*, tradere perget. Privatis recitationibus cel. GOTTSCHEDII *Artem dicendi* explanabit.

Praeterea generosis ac nobilissimis academiæ civibus præsto sunt magistri peritissimi, publice constituti, qui *artem equitandi, gladio pugnandi & saltandi*, itemque *linguam Gallicam atque Italicam* tradunt.

